Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

Dicunt ergo tamen hominem deum ne per opus non usquequaque
perfectum creare ipsum efficiens impossibile. Istud tamen
non debet credi fuisse necessarium, sed potius congruum
sicut tamen sit verum. Quantumque tamen sit et verum vel similiter sit
satis tamen naturaliter obicitur curiosis qui sepe magis
in vanis delectationem inveniunt quam in veris. Auctor
vero libri de spiritu et anima aliam causam assignat dicens
quod propterea deus factus est homo ut totum hominem in se beatifi-
caret ut sive foras egrederetur per sensum sive intus per intelli-
gentiam in deo suo pascua inveniret. Pascua foris
in carne redemptoris. Et pascua intus in divinitate
conditoris. Et hoc sic dictum et primum valde rationi est
consonum. Verum quarto ab dictis est aliud quod sapit af-
fectum dulcius delectat amplius inflammat fortius instin-
gat ad melius. Et sic puto dictum verum scilicet quod propterea deus homo
factus est ut hominem dampnatum a carcere liberaret
confractum restauraret. Adversarium opprimentem oppri-
meret. Et deum prius iratum placaret. Hec iste dicen-
di modus est rei probatus. Sed fideli rei valde est con-
sonus et amicus. Constat enim ex predictis omnium antiquorum
cum favorem prestat experimentum. Quod homo per naturam
appetit esse beatus. Ergo si hic appetitus anime ex natura
impressus non frustra illi est a deo collatus. Quod dicere
est necesse homo erat a deo ad beatitudinem ordinatus et
ad hoc inmutabiliter erat electus. Inmutabile enim di-
vinum consilium. Igitur si divina predestinacio et elec-
cio frustra esse non poterat. Quod dicere necessario esse constat
homo aliquando beatificandus erat. Verum homo deum offende-
rat et imputerum se peccatorum demerserat. A quo exire
non poterat. Et cum deus iustus existat emendam et
satisfactionem requirebat. Sed nunc quia homo in gratiam
redire non poterat. Quod ideo faciendum erat ex parte
una qua homo peccaverat satisfacere ei necessarium erat
Sed satisfacere non valebat eo quod iniuriam quam deo intu-
lerat quodammodo infinita erat quia contra infinitum bonum
commissa fuerat. Tanta enim iniuria esse probatur quantus ille est

homo per naturam appetit esse beatus